



DIVI

AVRELII AVGV- STINI, HIPP O- NENSIS EPISCOPI,

Opus sermonum de tempore secundum
dominicos aliósque dics, quibus
aptè conueniunt, ordinatè
distinctorum.

AD LECTOREM.

*Huic operi admixtae sunt complures Homiliae,
que in aliis voluminibus alios autores præfc-
runt, quod ferè solet fieri in hoc genere scripti.*

*Dominica prima Adventus domini Salvatoris.
Sermo unicus.*

Bpropinquante iam sacratissima solēnitate qua Sermo
saluator noster inter homines nasci misericor-
diter voluit, fratres charissimi, attentius consi-
derate, qualiter oporteat nos in aduentu tantæ
potentiae præparari, ut regem & dominum no-
strum lati atque gaudentes cum gloria & laudibus merean-
tur suscipere, & in conspectu eius inter cœtus felices san-
ctorum gratulando exultare, magis quam ab eo propter fœ-
ditatem nostram repulsi inter peccatores aeternam confu-
sionem mereri. Et ideo rogo & moneo, ut quantum possu-
mus cum Dei ailiutorio laboremus, ut in illo Die cum syn-
cerâ & pura conscientia & mundo corde & casto corpore ad
altare domini possimus accedere, & corpus & sanguinem
eius non ad iudicium sed ad remedium animæ nostræ me-

de laurier l'auj d'

L V G D V N I,
Excudebat Iacobus Faure.

DIVI AURELII

AUGUSTINI HIPPONENSIS

Episcopi opus sermonum de sanctis tam in specie quam in genere sive communia, quorum festivitas praecepit sancta ecclesia, eo ordine quo occurunt.

DE S A N C T O A N D R E A.

In vigilia sancti Andreae, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Iohannem. Subbat Iohannes ^{Eccl.} ex discipulis ^{Ioan. 1.} eius dies ^{Eccl.} quo habetur in expositione dicitur. Ibi dem.

In festo sancti Andreae sermo, Miru quibusdam videtur. Eccl. qui habetur inter sermones de verbis domini, 1 x.

DE S A N C T O T H O M A.

In festo sancti Thomae Apostoli, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Iohannem, Thomas Eccl. ex duodecim qui dicitur Didymus, Eccl. qui habetur in expositione dicitur. Ibi dem.

DE S A N C T O S T E P H A N O.

In festo sancti Stephani. VERMO I.



R A T R E S charissimi celebravimus
huius etna die natalem quo rex mare, tuum
natus es in mundo, hodie celebravimus
natalem quo primicerius martyrum mi-
gravit ex mundo. Oportebat enim ut
primus immortalis pro mortaliibus susci-
peret carnem, & sic mortalis pro im-
mortali contemneret mortem. Et ideo
natus es dominus ut moreretur pro seruo, ne seruus timeret
mori pro domino. Natus es Christus in terris, ut Stephanus
nascetur in celis. Ingressus es dominus mundum, ut Ste-
phanus ingredieretur in celum. Altus ad humilia descendit,
& humiliis ad alta ascendet. Filius dei factus est hominis filius,
ut filius hominum faceret filios dei. Fecit Christus mirabilia,

tacem domini in te transfusam ostēde. Beati, inquit, pacifici, *Matt. 5.*
 quoniam filij dei vocabuntur. Scriptum est discordibus, scri-
 ptum est inimicis. Filius esse, nisi pacificus non potest. In-
 imicos abdicavit, qui pacificos filios fecit. Aut enim datam
 pacem Christiane conserua, aut gloriam tibi salutis ablata
 si non amaueris pacem, cognosce. Non potest promissa dei
 recipere, qui cum fratre noluerit concordare. Non potest
 concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse
 cum Christiano. Si de nobis à Christo vicaria passio petere-
 tur, & filij dei sanguis, qui pro nobis effusus est, ad pensan-
 dum nostro sanguine quereretur, quanta instantia vel offi-
 cio fuerat festinandum, ut & iussa tantæ maiestatis expleres,
 & vicariam passionem deprehendere gauderes, & pro morte
 vitam acquirere & passione reciproca compensare? Et nunc
 quo modo poteris pro Christo animam ponere, qui pacem
 ab eo delegatam nolueris conseruare? Consumacijæ crimen
 est, quod iubetur contemnere, quod precipitur nolle, quod
 imperatum est declinare. Pax enim Christi est bonum, di-
 scordia diaboli malum: authori responderet, qui de utroque
 alterutrum eligit. Quid tibi cum discordia Christiane, quæ
 principem suum diabolum interemit? Quid amas simulta-
 tem, quæ placere authori non potuit? Quid exerces inimi-
 cias, quas evadere non potuit nec ille qui eas primus in-
 uenit? Inimicicias in protoplasto dum serpens exercet, interficitur:
 dum homini inuidet, ipse prosternitur: dum Adam
 decipit, iugularitur. Et contra Christus tantum homini ch-
 aritate adhæsit, rātum eum vñica benignitate amauit, ut eum
 commēdaret patri sociaret sibi, dum carnem propter ipsum
 descendēs induit. Scriptū est, Inuidia diaboli mors introiuit *Sepien. 2.*
 in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex
 parte illius: non quod tam cadat in Christianum,
 quam cadet in diabolum, quia Christianum
 condecet conseruare, quod constat à
 domino didicisse. Quare Christi
 charitatem amplecti debe-
 mus, ut cum filio in
 æterna beatitudine
 vivere possi-
 mus.
 Tomi decimi Finis.